

**Tematica pentru examenul de licență (sesiunea iulie 2024)**

**1. Sallustius și criza republicii romane. Traduceți și comentați următorul fragment:**

*Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. Pulchrum est bene facere rei publicae, etiam bene dicere haud absurdum est; vel pace vel bello clarum fieri licet; et qui fecere et qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequitur scriptorem et auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis exequenda sunt; dein quia plerique quae delicta reprehenderis malevolentia et invidia dicta putant, ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit, supra ea veluti ficta pro falsis ducit. (Sall., Cat. 3)*

**2. Cicero: de la retorică la discurs (analiza unui text retoric ciceronian). Traduceți și comentați următorul fragment:**

*Tandem aliquando, Quirites, L. Catilinam furem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferro flammaque minitantem ex urbe vel eiecimus vel emisimus vel ipsum egredientem verbis prosecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit. Nulla iam pernicies a monstro illo atque prodigio moenibus ipsis intra moenia comparabitur. Atque hunc quidem unum huius belli domestici ducem sine controversia vicimus. Non enim iam inter latera nostra sica illa versabitur, non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domesticos parietes pertimescemus. Loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus. Palam iam cum hoste nullo impediendo bellum iustum geremus. Sine dubio perdidimus hominem magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. (Cic., Cat. 2.1)*

**3. Cicero, ereditate platoniciană și creativitate (analiza unui text filosofic ciceronian). Traduceți și comentați următorul fragment:**

*Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publicam, sic habeto, omnibus, qui patriam conservaverint, adiuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruuntur; nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia coetusque hominum iure sociati, quae 'civitates' appellantur; harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur. (Cic., Somnium Scipionis, 6, 8)*

sau

*Tum Africanus: 'Sentio,' inquit, 'te sedem etiam nunc hominum ac domum contemplari; quae si tibi parva, ut est, ita videtur, haec caelestia semper spectato, illa humana contemnito! Tu enim quam celebritatem sermonis hominum aut quam expetendam consequi gloriam potes? Vides habitari in terra raris et angustis in locis et in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas eosque,*

*qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis; a quibus exspectare gloriam certe nullam potestis.* (Cic., *Somnium Scipionis*, 6, 14)

**4. Traduceți următorul fragment și, pe baza lui, discutați tematica eschatologică din Eneida VI:**

*Excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum,  
quo lati ducunt aditus centum, ostia centum,  
unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae.  
ventum erat ad limen, cum virgo 'poscere fata  
tempus' ait; 'deus ecce deus!' cui talia fanti  
ante fores subito non vultus, non color unus,  
non comptae mansere comae; sed pectus anhelum,  
et rabie fera corda tument, maiorque videri  
nec mortale sonans, adflata est numine quando  
iam propiore dei. 'cessas in vota precesque,  
Tros' ait 'Aenea? cessas? neque enim ante dehiscent  
attonitae magna ora domus.' et talia fata  
conticuit.* (Verg., *Aen.* 6. 42-54)

**5. Traduceți următorul fragment și, pe baza lui, discutați viziunea neo-pitagoreică din *Metamorfozele* lui Ovidius:**

*Nec species sua cuique manet, rerumque novatrix  
ex aliis alias reparat natura figuras:  
nec perit in toto quicquam, mihi credite, mundo,  
sed variat faciemque novat, nascique vocatur  
incipere esse aliud, quam quod fuit ante, morique  
desinere illud idem. Cum sint huc forsitan illa,  
haec translata illuc, summa tamen omnia constant.*  
(Ov., *Met.* XV, 252-258)

**6. Tacitus și noua istoriografie latină. Imagologie și etnografie în *De origine et situ Germanorum***

Traducerea următorului fragment:

*Reges ex nobilitate, duces ex uirtute sumunt. Nec regibus infinita aut libera potestas, et duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. Ceterum neque animaduvertere neque uincire, ne uerberare quidem nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam nec ducis iussu, sed uelut deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. Effigiesque et signa quaedam detracta lucis in proelium ferunt; quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiae et propinquitates; et in proximo pignora,*

*unde feminarum ululatus audiri, unde uagitus infantium. Hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad coniuges uulnera ferunt; nec illae numerare aut exigere plagas pauent, cibosque et hortamina pugnantibus gestant. (Tac. Germ. 7)*

**7. Traduceți următorul fragment și, pe baza lui, discutați paradigma senecană a stoicismului:**

*Maior pars mortalium, Pauline, de naturae malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur, quod haec tam uelociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrant, adeo ut exceptis admodum paucis ceteros in ipso uitae apparatus uita destituat. Nec huic publico, ut opinantur, malo turba tantum et imprudens uulgus ingemuit; clarorum quoque uirorum hic affectus querellas euocauit. (...) Non exiguum temporis habemus, sed multum perdidimus. Satis longa uita et in maximarum rerum consummationem large data est, si tota bene collocaretur; sed ubi per luxum ac neglegentiam diffluit, ubi nulli bonae rei impenditur, ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus transisse sentimus. Ita est: non accipimus breuem uitam sed fecimus, nec inopes eius sed prodigi sumus. (...) (Sen. De breuitate uitae, 1, 1-4)*